



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

De Missa privata.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

item actibus supernaturalibus fidei, spei, caritatis, contritionis, aliisque bonis operibus. Et hinc Deus, ut per applicationem sacrificium Crucis nobis prodesset, horum usum nobis prescripsit, & sacrificium incruentum perpetuo renovari voluit dicens: *Hoc facite in meam commemorationem.*

De Missa privata.

CONTRA Missam privatam multa deblaterat Lutherus, quam in hoc sensu accipit, quod solus Sacerdos communicet sine Communione populi, sed inania sunt ejus objecta. Nam 1. in Missa privata reperitur tota essentia & integritas sacrificii. 2. Etiam tunc Sacerdos agit publicum Ecclesiæ Ministrum & pro tota Ecclesia, licet populus non communiceret, offert. 3. In primæva Ecclesia post tempora Apostolorum populus non communicavit quotidie. 4. Antiquum est præceptum diebus Dom. & festivis audiendi Sacrum, non tamen communicandi, & per hoc quod Christus distribuerit consecratum panem, non sequitur præcepisse, ut in omni oblatione id semper fiat. Et cum oblatione dicto jam modo in Missa fiat Deo pro populo, opus multò minus est, ut omnis populus Missam audiens ejus omnia verba audiat vel intellegat. Imò ad majorem excitandam reverentiam, & ne communia nimis fiant in canone contenta, Ecclesia ordinavit hæc secretò dici, & licet subin cum natione aliqua dispensat, voluit tamen per se tantum Missam dici in tribus sacris linguis. Egi de hac materia fusiùs, quia

332 *Pars secunda de elevatione*
in omni fere cum Heterodoxis conversatione
aut disputatione usuvenit. Sicut jam opto ex
animo, ut misericordia Hæreticis ratione tam tre-
mendi mysterii per Dei gratiam oculos aperias
zelose Catholice vel Sacerdos operarie in vinea
Domini. Ita & opto, ut frigidos accendas Ca-
tholicos, qui credenda credunt, & tamen vel
rarò frequentant templa, vel non debitam
Christo Eucharistico in iis exhibent reverentiam.
Cum tamen in hoc se maximè Romano-Catho-
licos esse palam ostendere semper deberent.
Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaïda &c. In-
terim nos videamus, quænam ulterius objecta
aut fabrefacta Architectorum ac Murariorum
præter ædificia communia mentem in Deum
elevare, & salubria nobis inspirare possint do-
cumenta.

Domus.

*S*uperbo oculo & insatiabili corde cum hoc non
sedebam. Oculi mei ad fideles terræ ut sedent
mecum. Ambulans in via immaculata hic mihi
ministrabit. Non habitabit in medio dominus mei,
qui facit superbiam, qui loquitur iniqua. In mathe-
tino (sive mane examinans qui probi, qui sce-
lesti) Interficiet omnes peccatores terra, ut
disperderem de civitate Domini omnes operantes
iniquitatem. Ps. 100. Bona lectio tum pro Pa-
tribus-familias, tum pro Principibus. Egestas
a Domino in domo impii. Habitacula autem que-
storum benedicuntur. Prov. 3. Inclinata est ad
meritum